Quelle: http://manuscripta.at/?ID=30305
Copyright: Heiligenkreuz, Zisterzienserstift

penam. Offendisti benefactorem tuum. eru
besce reddidisse te pro bono malum. Tria in
ore in confessione habere debes. Omne quod
remordet conscientiam. confitere humiliter pu
re fideliter. Humiliter ut ipsam humilitatem
non exhybeas tantum. sed et habeas. Non nulli tur
pia de tegere de se verentur. non quia humiles
sint. sed ut esse putentur. Appetere autem de humilita
te laudem humilitatis. est non virtutis. sed
subversio. Tam pure confitere ut non inten
cionem quia latet homines excusare si sit
rea. nec leuigare culpam nec alieno adum
brare suasu. Sit etiam fidelis confessio ut
confitearis in spe de indulgentia omnino non
diffidens. Hee sunt .vii. fenestelle confessionis
tue per quas intendit tibi dominus tuus ut cum laza
ro ulceroso cuius canes .i. sacerdotes linxerunt
ulcera. noverit te ex nomine. Hee etiam sunt .vii.
oscitaciones. Cum tibi dominus tuus septies .i. per vii.
dona sancti spiritus incubuerit. his oscitacionibus pre
missis reuiuiscis. et de filio peccati. fies filius
resurrectionis.

Ea que confessionem inpediunt. ostende:
et curam eorum adhybe.

Qvatvor Res inpediunt.
confessionem. pudor. timor.
spes. desperatio. Quosdam enim impedit pudor.
Hi pro sola confusione non possunt confiteri que
commiserunt. Alios inpedit timor. Timent
enim post confessionem. inponendam penitenciam.
ne grauet eos. Veniunt itaque hec plerumque
et ex sacerdotis culpa. quod nescit se famili
ariter adhybere venienti ad confessionem. nec
mediatorem inter ponere. inter deum et hominem.
Deberet enim de eodem negocio maiora que
dam his alicubi acta proferre in medium. de in
timide loquentis interdum verba adiuuare. In
terdum pro eo loqui. non numquam que esse pre manibus
ex toto deserere et nichil ad rem attinentia.
inserere. Nam forcior quis aduocem confes
sionis constringitur dum adeam inter missam re
uertitur. conueniret enim non numquam bella carnis
longe grauiora sibi ascribere. alios non numquam
quos ipse nosset esse columpnas ecclesie quamvis temptius
frequentius deuiasse commemorare. et singula
que ille pregrauaret leuia habere. Ista uiciis pudo

ris et timoris ex studio sacerdotis salubriter
mederentur. Sunt alii quos spes inpedit. Siquidem for
te aliquid in hoc mundo concupiscunt. et pu
tant se non posse adipisci quod desiderant. si aliis
quales sint innotescant. Alios a confessione
suspendunt quod desperant se ab his que confi
tentur posse abstinere. Tedio eis semper est post
lapsum surgere per confessionem. cum videant se toci
ens fructum confessionis. tociens labentes amit
tere. Cum itaque suggerit pudor quod tante
estimationis homo. honorem tuum perimas. si
qualis sis innotescas. tria opponas ei. conside
rationem rationis. reuerentiam intuentis dei. con
fusionem late patentem in die iudicii. Ex con
sideratione rationis dicas. Cur me peccatum pu
deat dicere quod non puduit facere. Ex reueren
tia intuentis dei dicas. Cur erubescam deo con
fiteri. a cuius oculis non potest abscondi. Ex con
fusione omnibus patente in die iudicii. dicas.
Si pudor michi est uni homini et plus fortas
se peccatori peccatum meum confiteri. quanto factus
sum in die iudicii in quo in presentia tocius
orbis denudabitur conscientia mea. Similiter cum
timor tuus abhorret longam grauem fruc
tuosam penitenciam. tu computa breuem leuem
fructuosam presentem penitenciam. e diuerso lon
gam quia perpetuam. grauem quia flammiuomam.
infructuosam. quia non purget. sed consumat
gehennie perpende penam. Si itaque hec pudor
et timor ex inpicia sacerdotis implicantur. li
bere tibi sacerdotem quere qui te curet non des
truat. qui te subleuet. non de iciat. Si spes tua
temporalium bonorum iacturam pati noluerit. con
sidera tria hec futura bona fore maiora. cer
ciora. durabiliora. presentia fore modica. in
certa. momentanea. Item si desperatio uinculum
consuetudinis. et fragilitatis opponat. con
solentur te tria hec uigor uite et mentis alleua
tio que accidit tibi ex confessione. gratia dei quam
mereris ex humilitate. auxilium quod habes in
sacerdote.

Admodum libenter accepi.
et diligenter reposui. que dixisti. Nunc
itaque leta redeo ad narrationem. Est
monasterium quoddam quod nuncupatur West. pa
ter quam plurimis. Erat in eo monachus qui
leuricus dicebatur quem quidem cuius actionis fu

Non tectis confitendo. intencionem excusare. culpam leuigare. alieno stilo adumbrare.
Quattuor impediunt confessionem.
Contra pudorem. Contra timorem. Contra spem. Contra desperationem.
Exemplum de monacho [illegible]

Quatuor sunt que impediunt confessionem. pudor — contra hunc oppone tria. timor — contra hunc similiter tria. spes — contra hanc etiam tria. desperatio — et contra hanc oppone tria.
Contra pudorem tria opponuntur: consideratio rationis, reuerentia intuentis dei, confusio publica in die iudicii.
Contra timorem oppone penitentiam: leuem, breuem.
Contra spem falsam presencium bonorum oppone tria futura scilicet bona: maiora, certiora, durabiliora.
Contra desperationem oppone tria: mentis alleuiationem, gratiam dei consequendam, auxilium sacerdotis.